

T. u. n. 206-

DE IVSTA REIPVB. CHRISTIA- NÆ IN REGES IMPIOS ET HÆRETICOS A VTHORITATE:

Justissimaquæ Catholicorum ad Henricum Nauar-
ræum & quincunquæ hæreticum à regno Gál-
liax repellendum confœderatione

G. Guilemo Rosso Author,

L I B E R.

Cuius particularia Capita vide post prefationem.



Goldolphin



ANTVERPIÆ,
Apud Ioannem Keerbergium.
Anno cl. id. xcii.

De origine Reipub. eiusque potestate.
in quo hæc tractantur.

C A P V T P R I M U M .

- 1 Quid natura respub. & ciuiles sociates instituit.
- 2 Et magistratum iurisdictionem.
- 3 In reipub. potestate est formam regiminis, siue Regiam,
siue Aristocraticam, siue Democraticam assumere, & earum
vnamquamq. quibus velit imperandi, & parandi condi-
tionibus circumscribere.
- 4 Hac in re duo contraria paradoxata videntur, alterum
hereticorum qui reges nimium subiecti populari furori,
ut ante aliquot annos Scotti, qui Maryam reginam suam
è regno eiecerunt.
- 5 Alterum aliorum qui reges nimium efferrant super re-
spub. easque totas & singulorum ciuium fortunas nimis
seruiliter subiecti regibus. Horum sententia statuens
regem nullas ob causas posse à repub. castigari, vel deponi,
fusè declaratur.
- 6 Etsi regia potestas sit excellentissima, hoc tamen de re-
gibus opinio est per absurdam & nimis assenerioria, & con-
tra naturam atque institutionem rerum pub. usque longè
pernicioſissima.



E M I N E M arbitror aliquando
cōsiderasse paulo diligentius ho-
minis originem & conditionem
qui non statim aduertitur cum à
natura ad ciuilē societatem fuisse
factum & ordinatū. Neque hoc
viderunt solum excellentes illi
Philosophi, Platones, Aristoteles, Theophrasti, Ci-
ceronis, qui ingeniorum acumine & altitudine pō-

A ruerunt